Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat error.
Scribendi recte, sapere est et principium et fons.
Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ:
Verbaque provisam rem non invita sequentur.
Qui didicit patriæ quid debeat, et quid amicis;
Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes;
Quod sit conscripti, quod judicis officium; quæ
Partes in bellum missi ducis; ille profecto

294. Vulg. Perfectum

Reddere personæ scit convenientia cuique.
Respicere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, et vivas hinc ducere voces.
Interdum speciosa locis, morataque recte
Fabula, nullius veneris, sine pondere et arte,
Valdius oblectat populum meliusque moratur,
Quam versus inopes rerum nugæque canoræ.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui, præter laudem nullius avaris.
Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere. Dicas,
Filius Albini, si de quincunce remota est
Uncia, quid superet. poterat dixisse, Triens? Eu!
Rem poteris servare tuam. redit uncia: quid fit?
Semis. an, hæc animos ærugo et cura peculî
Cum semel inbuerit, speramus carmina fingi
Posse linenda cedro, et levi servanda cupresso?
Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ;
Aut simul et jocunda et idonea dicere vitæ.
Quicquid præcipies, esto brevis: ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
'Omne supervacuum pleno de pectore manat.'

318. Vulg. veras 326. Dicat, 328. superat? poteras 330. ad hæc

Ficta voluptatis caussâ sint proxima veris:
Ne, quodcumque volet, poscat sibi fabula credi;
Neu pransæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis:
Celsi prætereunt austera poëmata Ramnes.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Hic meret æra liber Sosiis, hic et mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat ævum.
Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus:
Nam neque chorda sonum reddit, quem volt manus et mens;
Poscentique gravem persæpe remittit acutum:
Nec semper feriet, quodcumque minabitur, arcus.
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. quid ergo est?
Ut scriptor si peccat idem librarius usque,
Quamvis est monitus, veniâ caret; ut citharœdus
Ridetur, chordâ qui semper oberrat eâdem:
Sic mihi qui multum cessat, fit Chœrilos ille,
Quem bis terve bonum, cum risu miror; et idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

339. Vulg. Nec quodc. 353. est *deest*. 355. et cith. 358. terque

'Verum operi longo fas est obrepere somnum.'
Ut pictura, poësis: erit-quæ, si propius stes,
Te capiat magis; et quædam, si longius abstes:
Hæc amat obscurum; volet hæc sub luce videri,
Judicis argutum quæ non formidat acumen:
Hæc placuit semel; hæc decies repetita placebit.
O major juvenum, quamvis et voce paternâ
Fingeris ad rectum, et per te sapis; hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium et tolerabile rebus
Recte concedi: consultus juris, et actor
Caussarum mediocris; abest virtute diserti
Messallæ, nec scit quantum Cascellius Aulus;
Sed tamen in pretio est: mediocribus esse poëtis
Non homines, non Dî, non concessere columnæ.
Ut gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum unguentum, et Sardo cum melle papaver
Offendunt; poterat duci quia cena sine istis:
Sic animis natum inventumque poëma juvandis,
Si paullum summo decessit, vergit ad imum.
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis;
Indoctusque pilæ, discive, trochive, quiescit;
Ne spissæ risum tollant inpune coronæ:

360. Vulg. opere in longo

Qui nescit versus, tamen audet fingere. quid ni?
Liber et ingenuus; præsertim census equestrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.
Tu nihil invitâ dices faciesve Minervâ:
Id tibi judicium est, ea mens. si quid tamen olim
Scripseris, in Mæcî descendat judicis aures,
Et patris, et nostras; nonumque prematur in annum,
Membranis intus positis. delere licebit
Quod non edideris: nescit vox missa reverti.
Silvestres homines sacer interpresque Deorum
Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus;
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones.
Dictus et Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere sono testudinis, et prece blandâ
Ducere quo vellet. fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere, sacra profanis;
Concubitu prohibere vago; dare jura maritis;
Oppida moliri; leges incidere ligno.
Sic honor et nomen divinis vatibus atque
Carminibus venit. post hos insignis Homerus,
Tyrtæusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit. dictæ per carmina sortes,
Et vitæ monstrata via est, et gratia regum

Pieriis tentata modis, ludusque repertus,
Et longorum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Musa lyræ solers, et cantor Apollo.
Naturâ fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est. ego nec studium sine divite venâ,
Nec rude quid possit video ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res, et conjurat amice.
Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer; sudavit et alsit;
Abstinuit venere et vino. qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.
Nec satis est dixisse, Ego mira poëmata pango:
Occupet extremum scabies: mihi turpe relinqui est,
Et, quod non didici, sane nescire fateri.
Ut præco, ad merces turbam qui cogit emendas;
Adsentatores jubet ad lucrum ire poëta
Dives agris, dives positis in fenore nummis.
Si vero est, unctum qui recte ponere possit,
Et spondere levi pro paupere, et eripere artis
Litibus inplicitum; mirabor, si sciet inter-
Noscere mendacem verumque beatus amicum.
Tu seu donâris, seu quid donare voles cui;

410. Vulg. prosit 416. Nunc satis 418. plane n. 423. atris

Nolito ad versus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ: clamabit enim, Pulcre, bene, recte;
Pallescet; super his etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem; saliet; tundet pede terram.
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo: sic
Derisor vero plus laudatore movetur.
Reges dicuntur multis urguere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant,
An sit amicitiâ dignus. si carmina condes,
Numquam te fallant animi sub volpe latentes.
Quintilio si quid recitares, Corrige sodes
Hoc, aiebat, et hoc. melius te posse negares,
Bis terque expertum frustra? delere jubebat,
Et male ter natos incudi reddere versus.
Si defendere delictum, quam vertere, malles;
Nullum ultra verbum, aut operam insumebat inanem,
Quin sine rivali teque et tua solus amares.
Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomtis adlinet atrum
Transverso calamo signum; ambitiosa recidet
Ornamenta; parum claris lucem dare coget;

431. Ut quæ conductæ 435. Vulg. laborent, 441. tornatos

Arguet ambigue dictum; mutanda notabit;
Fiet Aristarchus: non dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ seria ducent
In mala derisum semel, exceptumque sinistre.
Ut mala quem scabies aut morbus regius urguet,
Aut fanaticus error, et iracunda Diana;
Vesanum tetigisse timent fugiuntque poëtam,
Qui sapiunt: agitant pueri, incautique sequuntur.
Hic, dum sublimes versus ructatur, et errat,
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum, foveamve; licet, Succurrite, longum
Clamet, io cives: non sit qui tollere curet.
Si curet quis opem ferre, et demittere funem;
Quî scis, an prudens huc se projecerit, atque
Servari nolit? dicam: Siculique poëtæ
Narrabo interitum. Deus inmortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Insiluit. sit jus, liceatque perire poëtis.
Invitum qui servat, idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit; nec si retractus erit jam,
Fiet homo, et ponet famosæ mortis amorem.

450. Vulg. nec dicet
461. Si quis curet Al. currat
462. Dejecerit,

Nec satis adparet, cur versus factitet; utrum
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Moverit incestus: certe furit, ac velut ursus
Objectos caveæ valuit si frangere clathros,
Indoctum doctumque fugat recitator acerbus.
Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo,
Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

NOTÆ BREVES

AD

CARMINUM

Lib. I.

i.

2. Virg. Geo. ii, 40. O decus, o famæ merito pars maxuma nostræ, Mæcenas.
3. *Sunt-quos* junctim enunciat *R. B.*, dissimulata distinctione; Vide vii, 5. Serm. i, iv, 24. ii, i, 1. iv, 47. Conf. Schediasm. de Metr. Terent. xvii, et Auctar. ad *R. P. Tracts*, p. 391.
4. Vide *R. B.* ad Lucan. Phars. ii, 394.
5. *Evitata.* "Jam quæritur, HUNC et ILLUM unde pendeant, et cuinam verbo connectantur. Aut enim hæc structura est, *Juvat hunc, illum;* aut ista est, *Evehit hunc, illum:* aut illa denique, *Dimoveas hunc, illum:* postrema forte præ aliis tibi arriserit: *Numquam*, inquis, *dimoveas* HUNC amplissimis honoribus auctum, ILLUM totius Africæ prædia possidentem, ut mutato vitæ instituto *Mercatores* esse velint: hoc quidem est ineptum prorsus et inficetum. Sed fortasse jam alteram mavis constructionem (quæ *Rutgersii* conjectura erat; et itidem *Isacii Pontani*, narrante et plaudente magno *Gatakero* Advers. Posth. c. xvi.) ut distinctione constituta post *Palma nobilis*, EVEHIT ad sequentia referatur. *Evehit ad Deos* HUNC, si honores consequitur:

si divitias, ILLUM. Sed et hæc constructio non uno nomine displicet. Quam violentum enim et coactum, ut PALMA divellatur ab EVEHIT, cum ipsa orationis series artissime ea connectat? Quam jejunum porro et aridum, omnique Venere spoliatum, *Palma nobilis;* nisi reliqua subjunxeris? Illud EVEHIT quoque, ut verbi impersonalis hic vice fungatur, quis patienter ferat? Denique unde datum sumis, ut qui magnam vim frumenti in horreis suis occultaverit, continuo ea de caussa ad *Deos immortales evehi* dicatur? Restat tertia, *Juvat* HUNC, si honoratus est; *Juvat* ILLUM, si dives. Recte sane: nisi vetaret hoc emendati sermonis lex et consuetudo. Cum enim integra sententia, *Palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad Deos,* inter verba illa interveniat, numquam ullis machinis efficies, ut τὸ JUVAT per sententiæ istius intervallum ad HUNC usque rite transduci possit." *R. B.* "Nequaquam, bone Horati, hoc juvat, nisi adjicias, quo eventu, quo successu hunc collegerint pulverem, cum victi ac superati æque pulvere sint conspersi, quam Victores. Alibi sane fuisti cautior, Carm. II, i, 22. ubi, *magnos duces* non *indecoro pulvere sordidos,* signate et adjecto epitheto, ut qualem pulverem intelligeres nimirum, scirent omnes, commemoras. Ne dubita, quin Poeta ita scripserit: SI *vitata—metaque fervidis* SI VITATA *rotis, palmaque nobilis Terrarum Dominos evehit ad Deos. Hunc juvat,* SI— : *Illum juvat,* SI—. *Sunt quos pulverem Olympicum juvat collegisse. Si* nimirum et *meta vitata fervidis rotis,* et *palma nobilis* eos *ad Deos terrarum dominos evehit;* nam nisi hic successus Olympicorum curriculorum fuerit, tantum abest, ut juvet currendo pulverem collegisse, ut nullus dolor potuisset esse major. Nimirum scriptum olim erat neglecta priore litera *i vitata,* quod cum nihili esset, mutatum in *evitata,* cum potius τὸ

S appingi vel adscribi debuisset." WITHOFIUS in Spec. Gunther. pp. 54, 55. Conf. *R. P. Tracts*, p. 309. "Hoc totius orationis filum, hæc carminis mens est; de Pindaro, ut videtur, adumbrata, cujus hæc exstant apud Sextum Empiricum Pyrrh. Hypot. p. 18. Ἀελλοπόδων μέν τινας εὐφραί-Νουσιν ἵππων τιμαὶ καὶ στέφανοι· Τοὺς δ' ἐν πολυχρύσοις θαλάμοις βιοτά. Τέρπεται δὲ καί τις ἐπ' οἶδμ' ἅλιον Ναΐ θοᾷ σῶς διαστείχων." *R. B.* Solonis Fr. v, 43. Σπεύδει δ' ἄλλοθεν ἄλλος. ὁ μὲν κατὰ πόντον ἀλᾶται Ἐν νηυσὶν, χρήζων οἴκαδε κέρδος ἄγειν. Lucian. de Gymnas. II, 890. τὸν δὲ καὶ νικήσαντα αὐτῶν, ΙΣΟΘΕΟΝ — νομιζόμενον.

10. *Vertitur* pro *verritur* Codex Altorf. apud *Janum*, quod verbo notasse satis erat: conf. Tibull. II, ii, 5, 6.

16, 17. *Otia* et oppidi Laudat *tuta* sui: Ovid. Trist. IV, 39. Et petere Aoniæ suadebant *tuta* sorores *Otia*, judicio semper amata meo. *R. B.* Cur. Novissimæ.

21. Il. B, 307. καλῇ ὑπὸ πλατανίσκῳ ὅθι ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ· Moschus Id. v, 11. ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ, Plato Phæd. III, 230. B. Νὴ τὴν Ἥραν, καλή γε ἡ καταγωγή· ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη, μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλὴ, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον, πάγκαλον, καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν τόπον. ἥγε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι. νυμφῶν δέ τινων καὶ Αχελώου ἱερὸν ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων ἔοικεν εἶναι. εἰ δ' αὖ βούλει τὸ εὔπνουν τοῦ τόπου ὡς ἀγαπητόν τε καὶ σφόδρα ἡδύ. θερινόν τε καὶ λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ.

22. Lucret. II, 29, 30. Virg. Buc. I, 51, 52. *R. B.* ad Manil. II, 253.

25. Epod. XVI, 8. Parentibusve *abominatus* Hannibal.

26. Callim. Epigr. XXXIII. Ὠγρευτὴς, Ἐρικυδὲς, ἐν οὔρεσι

πάντα λαγῶον Διφᾷ, καὶ πάσης ἴχνια δορκαλίδος, Στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχαρημένος· R. B. κεχρημένος vulgo. Eur. Or. 1120. *κεχαρμένην*, ad Ph. 488. *κεχρημένην* edidit *R. P.*

29. *Te*, quam suboluit *Rutgersius*, protulit *Harius* (*Scripture vindicated*, p. 263.); *Me* Zarottus 1474. et editiones omnes; "i. e. *pari gaudio afficiunt ac si inter Deos versarer*, vel, *tali gaudio afficiunt, ut inter Deos versari me putem*. Inurbanus fuisset atque *ἀπειρόκαλος* Horatius, si his verbis ad Mæcenatem usus esset, multum supra doctorum ederas dignitatis fastigio eminentem. Quid? quod hedera coronari non excellentis doctrinæ aut ingenii indicium, sed omnibus doctis commune est. Propertius II, iv, 26. *Rusticus hæc aliquis tam turpia prælia quærat, Cujus non hederæ circuiere caput.*" Musgravius ad Soph. El. 151.

30. Notet lector vim verbi *miscet* ex Græca imitatione fluxisse. Pind. Olymp. I, 34. *Κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν. H. Wagner.* in Bibl. Crit. P. iv, p. 90. Pyth. x, 65. *οὔτε γῆρας κέκραται ἱερᾷ γενεᾷ.*

35, 36. Ovid. Met. VII, 60. *Æsonidem mutasse velim: quo conjuge felix Et Diis cara ferar, et vertice sidera tangam.* Si addicerent codices, versus tanquam adulterinos, et orationis ductum oppugnantes, furcillis ejicerem.

ii.

3. Theogon. 72. *αἰθαλόεντα κεραυνόν.*

5—12. A, P. 29, 30. *Qui variare cupit rem prodigialiter unam,* Delphinum silvis adpingit, fluctibus aprum. Huic panno satis superque astipuleris Ovidiano isto, Met. I, 296. *Hic piscem summa deprendit in ulmo.*

18. *R. B.* ad Manil. IV, 423.

iii.

1. Il. Γ, 428. ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι· *Miltonus* P. A. III, 35. So *were I equalled with them in renown.* Eur. Hel. 147. Bacch. 400.

4. Odyss. K, 20. ἀνέμων κατέδησε κέλευθα.

5. Callim. Fr. CXXVI. Δέσποιναι Λιβύης Ἡρωΐδες, αἱ Νασαμώνων Αὖλιν, καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε, Μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.

8. Il. Ω, 205. σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ. Athen. XIII, 601. D. Pindar. ἐξ ἀδαμάντος ἢε σιδάρου κεχάλκευται μελαίναν καρδίαν *H. W.* Æschyl. P. V. 250. σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος.

16. Callim. ad Del. 110. Κοιμῆσαι μέγα χεῦμα· alias στορέσαι usurpatur.

18. "Pro *intrepido vultu* occurrit apud Lucanum IX, 904. *Qui potuere pati radios et* LUMINE RECTO *Sustinuere diem*, quem nimis serviliter imitatur Claudianus Præf. ad III. Consulat. Honorii. *Et* RECTO *flammas imperat* ORE *pati.* Hæc addas iis, quæ vir summus Bentleius congessit ad Horat. Carm. I, 3, 18. Quod ibi Hesychio restituit, ἀτάρμυκτον quam proxime habet codex unicus a Schowio collatus." *R. P.* ad Hec. 966=958. Lex. Sangerm, p. 452. Ἀσκαρδαμυκτὶ ὁρᾷν: μὴ καταμύοντα: Ἀριστοφάνης [Equit. 292.] βλέψον εἰς ἐμὲ ἀσκαρδαμυκτί (sic); paullo aliter 1239. Κλέπτων ἐπιορκεῖν, καὶ βλέπειν ἐναντίον. Med. 470. φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν, Heracl. 943. καὶ τλῆθι τοὺς σοὺς προσβλέπειν ἐναντίον Ἐχθρούς. Conf. ad *Daw.* Misc. Crit. p. 288.

19. *turgidum.* fluctuavit *R. B.* propter Sen. Agam. 66. *Non. Euxini turget ab imis Commota vadis unda.*

23. *tamen, quidem* significare contextus satis docet. *D. R.* ad Rut. Lup. p. 51.

25. Propertius IV, v, 13. a *Valckenærio* emendatus, Ausa ex *cantatæ leges imponere Lunæ.*

34. *Expertus 'st* maluit *Harius* Ep. Cr. p. 93.

iv.

1. Vide Terentianum Maurum p. 109.

5. Homerid. hymn. IX, 1. Κυπρογενῆ Κυθέρειαν ἀείσομαι— Ven. 1. ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης Κύπριδος. Sic passim, Παλλὰς Ἀθηναίη. *D. R.* Ep. Cr. p. 51.

7. *terras* habet cod. Altorf., quod *Jano* magis poeticum videtur. *H. W.*

8. *urit*—id est, πυροδαισίους sive πυριδείπνους reddit. *And Vulcan burns his house about his ears. Toup.* ad Suid. II, p. 574.

13. *Enter the hut, and force the guarded gate.* Ode to Solitude apud *Dodsley.*

v.

Conf. Miltoni carmina minora, p. 363. ed. nov. *T. Warton.*

vi.

2. *alteri* conjecit *Marklandus* ep. Cr. p. 107. "Male" *R. B.* ad. l.; *æmulo* placuit *Atterburio* Adventurer No. 58. Perperam; Dionysius Halicarnassensis de admir. vi dicendi in Demosth. T. VI, p. 970. ed. Reisk. (II, p. 272, 32. ed. Hudson.) Καὶ τοσαύτην ἐκμηκύνας [Plato] περίφρασιν, ὀλιγίστοις ὀνόμασι δυναμένου περιληφθῆναι πράγματος, ἐπιλαμβάνεται τῆς ἀκαιρίας αὐτὸς αὑτοῦ, καὶ φησί· Σιγῇ τοίνυν μου ἄκουε. τῷ ὄντι γὰρ θεῖος [ἔοικεν] εἶναι ὁ τόπος.

ὥστ' ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος γένωμαι, προϊόντος τοῦ λόγου, μὴ θαυμάσῃς. τὰ νῦν γὰρ οὐκέτι πόῤῥω διθυράμβων φθέγγομαι ΤΑΔ' ΟΥΧ Υπ' ἄλλων ΑΛΛΑ τοῖς αὐτῶν λογοῖς ἁλισκομεθα (πτερ … σ) ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΡΑΓΩΔΙαν, δαιμονιώτατε Πλάτων, διθυράμβων ψόφους καὶ λήρους ἠγαπηκότες. Eustath. ἰλ. ζ. p. 632, 35 = 489, 2. *R. P.* ad Med. 139, 140. VIII. Aristoph. Av. 1437. Νῦν τοι λέγων πτερῶ σέ. Heliodor. Æthiop. II, 120. 'Αλλὰ τὸ χαλεπώτατον, ΤΟΙΣ ΕΜΟΙΣ, τὸ τοῦ λόγου, κατ' ἐμοῦ κέχρηται ΠΤΕΡΟΙΣ. *Miltonus* P. L. I, 14. *That with no middle flight intends to* SOAR *Above th' Aonian mount.*

7. Æschyl. Suppl. 460. Αἰνιγματῶδες τοὔπος, ἀλλ' ἁπλῶς φράσον. *Abresch.* ad Cattier. de admirab. p. 99. P. V. 631. Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ, etc. Eur. Ph. 479. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ Schol. ad Plat. p. 190. Menander apud Lex. Sangerm. p. 376. Εἰ τὰς ἀληθείας ἁπλῶς τίς σοι λέγει. Xenoph. Anab. v, p. 419. ed. Cantab. 'Απλοῦς μοι, ἔφη, ὁ λόγος. Auctor Rhesi 395. φιλῶ λέγειν Ταληθὲς ἀεὶ κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ 423. εὐθεῖαν λόγων Τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.

13. "Si poëtarum nemo præstare id potest, quo modo sanæ mentis erit Agrippa, qui id ab Horatio efflagitat quod fieri ab homine vel præstantissimo non potest? si autem pro QUIS legerimus IS, omnia plana sunt et perspicua; omnia inter se mire cohærent." *Joseph Valart.* Il. K, 136. χαλκοχίτωνα *H. W.*

16. Il. E, 1. 'Ενθ' αὖ ΤυδεϜίδῃ Διομήδεϊ Παλλὰς 'Αθήνη Δῶκε μένος 438, 459. δαίμονι Ϝῖσον *H. W.*

18. *Sectis:* "ordo est, *acrium in Juvenes unguibus sectis;* quam vulgatam lectionem emendationi nostræ præferunt omnes, ut narrat Mossius. *R. B.* Cur. Nov. At *Tiberius Hem-*

sterhusius, teste *H. W.*, Bentleii *κατόρθωμα* adolescentibus in exemplum certæ critices proponere solebat. Conf. Propert. III, viii, 6. et *D. R.* Ep. Cr. I, pp. 73, 74.

vii.

2. Liv. XXXIII, xxxii. "per opportunitatem loci per *duo diversa maria* omnium Græcorum undique conventus erat."

5. Virg. Buc. II, 60. *Pallas quas condidit* arces, *Ipsa colat.*

6. "hoc est, ex Athenis celebratis, quæ sempiternam in arce oleam, ab ejus præside editam, tenere putabantur. Perappositi sunt *Lucretii* versus [I, 927. et IV, 3.] ab *Horatio*, si BENTLEIUM iis abusum sequimur, expressi—Pluribus verbis in re perspicua non utar. Creberrime autem voces *inde* et, *unde*, confunduntur. v. *Drakenborch.* ad *Liv.* XXXIX, xxxiii, 3. Hæc confusio caussa corruptionis esse potuit, præsertim in prima versus litera. Forsitan et illud INDEQUE, librarios aut imperitos correctores sic offendit, ut pro eo, quod magis usitatum esset, UNDIQUE, reponerent, ET, adjecto, quod contextus carminis requireret." *Schraderi* Emendat. pp. 76, 77. Conf. (*J. Valart.* PR. ad Hor. vii.) *Jonesius* ad l. Auctor Herc. Œt. 1640, 1. *Et brevior ilex* silva, *contexit pyram Populea silva*, frondis *Herculeæ* nemus. Lege et distingue, *Et brevior ilex* summam *contexit pyram Populea silva*, frontis *Herculeæ* decus. *R. B.* et *Markl.* ad Stat. III, i, 185.

9. Il. Γ, 75. Ἄργος ἐς ἱππόβοτον Eur. Iph. T. 700. Ὅταν δ' ἐς Ἑλλάδ', ἵππιόν τ' Ἄργος μόλῃς. Schol. ad Pind. Ol. XIII, 27. *R. P.* Theocr. Id. XXIV, 121. Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια· Soph. El. 9. φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν.

15. Vide *J. Valart.* PR. iii.

22. Eur. Helen. 86. φυγὰς πατρῴας ἐξελήλαμαι χθονός.
27. Eur. Hypsipile fr. ἄελπτον οὐδὲν, πάντα δ' ἐλπίζειν χρεών.
30. Odyss. M, 271. Κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες, ἑταῖροι.
31. Ibid. 292. Δόρπον θ' ὁπλισόμεσθα, θοῇ παρὰ νηῒ μένοντες· Ἠῶθεν δ' ἀναβάντες ἐνήσομεν εὐρέϊ πόντῳ,

viii.

2. cur *properas* Withof. in Spec. Gunther. p. 55.

ix.

1. Alcæus apud *R. B.* Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐν δ' ὀρανῷ μέγας Χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
5. Alcæus κάββαλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς Πῦρ, ἐν δὲ κίρναις Ϝοῖνον ἀφειδέως Μελιχρόν·
9. Odyss. T, 502. ἐπίτρεψον δὲ θεοῖσιν. *H. W.*
18. *cantus et alea,* Dr. *Byrom.* Anal. Gr. I, 162. Πίνωμεν, παίζωμεν, ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή. Epod. XIII, 17. *omne malum* vino cantuque *levato.* conf. Epist. II, ii, 56.

x.

4. Conf. Pindarum apud *R. B.*

xi.

4. sit *melius*—"h. e. judica, æstima melius esse." *G. Best,* de rat. emend. Leges, p. 199.

xii.

1—3. Pindar. Olymp. II, 1—3.

4. Anal. Gr. II, 95. XIV. *Παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ Παίγνιον, ὅσσα λέγεις, ταυτὰ κλύων ἄπιθι.* *S. Weston.*

12. Præceserant v. 8. *silvæ;* in his autem silvis erant *quercus;* nec is erat Horatius qui bis idem diceret. Carm. III, xi, 13. *Tu potes* tigres *comitesque silvas Ducere* [A. P. 393. *Dictus hob hoc lenire* tigres,] Virg. Geo. IV, 510. *Ducentem* tigres, *et agentem carmine quercus.* Ergo heic legendum esse opinor *Ducere tigres. J. Valart.* Pr. vii, viii. *cautes* conjecit *Jortinus* nostras.

19. Æn. v, 320. Proximus huic, longo sed proximus intervallo.

21, 22. Homerid. h. ad Dian. 9. *θηρῶν ὀλέκουσα γενέθλην. H. W.*

23. Soph. Phil. 105. *Ἰοὺς ἀφύκτους.* Eur. Med. 531. *τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.* 634. *ἄφυκτον οἰστόν.* Hipp. 1420. *τόξοις ἀφύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι.* Seneca Hipp. 56. [Dianæ] certis *Petitur telis fera.* Valck. ad Hipp. l. c.

25, 6. Il. Γ, 237.

29—32. Theocr. Id. XXII, 19, 20. *Αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλάνα Ἀμπέλαγος· νεφελαὶ δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι.*

35. *dubito;* "anne cantans *Nobile letum, Regulum.*—Post hos, inquit, Deos et Deorum filios Romanis faventiores *dubito;* Romulumne *an* Numam Pompilium Tarquiniumve Priscum ejusque magnificentiam *memorem, anne* vero *Attilium Regulum referam,* ejus nobile letum videlicet *cantans,* quod imprimis in historia Romana memorabile est, ut et Scauros, Paulum, Fabricium, ceterosque hujusmodi publicæ salutis ac patriæ custodes principesque. Jam Reguli letum memoratur, uti par erat. Cum contra absurdissime alterius cujuspiam mors nominata fuisset, nec quicquam de Regulo, hujus causa præcipue commemorando tale additum esset. Ipse

Horatius Lib. III, Od. v. late docet et indicat, quanta gloria illud Reguli letum judicaverit esse dignum. *Cantans—Cātans—Catonis; anne* Ausonius legisse videtur Profess. VIII. a *R. B.* citatus." *Withofius* ad Disticha, 517.

43. Catullus XXVIII, 2. Aptis *sarcinulis et expeditis.*

45. Il. Σ, 56. *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ Fῖσος* Eur. Hec. 20. *τροφαῖσιν, ὥς τις πτόρθος, ηὐξόμην τάλας.* Lex. Sangerm. p. 395. *'Ανέδραμεν: ἀντὶ τοῦ ηὐξήθη.* Catull. Carm. Nupt. 40. *Ut flos in septis* secretus *nascitur hortis, Ignotus pecori, nullo contusus aratro, Quem mulcent auræ, firmat sol. educat imber.* Shakspere, Henry V. A. I, i. *Grew like the summer grass, fastest by night,* Unseen yet crescive *in his faculty.*

48. Juliani Epist. XIX, 387. A. *Σαπφὼ τὴν Σελήνην ἀργυρέαν φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀστέρων ἀποκρύπτειν τὴν ὄψιν.* Æschyl. Septheb. 385. *Λαμπρὰ δὲ πανσέληνος ἐν μέσῳ σάκει, Πρέσβιστον ἄστρων, νυκτὸς ὀφθαλμὸς πρέπει.*

xiii.

2. Vide *Withofii* Spec. Gunther. p. 56.

4. Sappho Fr. I, 5. *τὸ μοὶ 'μὰν Καρδίαν ἐν στάθεσιν ἐπτόασεν* unde Horatius colorem duxit. *H. W.* Theocr. Id. XI, 15, 16. *ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος Κύπριδος ἐκ μεγάλας, ἅ οἱ* ἩΠΑΤΙ *πᾶξε βέλεμνον.* Plaut. Curcul. II, i. *lien necat, renes dolent, Pulmones distrahuntur, cruciatur* JECUR. Conf. VALCK. ad Hipp. 1070. *Toup.* ad Longin. p. 302.

16. *Quinta parte* haudquaquam Anglice *quintessence.* "Gesner is right, *the fifth part of all her nectar.* Each god was supposed to have a given quantity at his disposal; and to bestow the fifth, or the tenth part of this on any individual was a special favour. *R. P.* Correct Gesner's (i. e. Mar-

cilius') reference. Athen. II, p. 39. B. Schol. Pind. Pyth. IX, 113." *P. P. D.* in Auctar. (to *Tracts*, p. 391.).

17. Odyss. E, 306. Τρὶς μάκαρες Δαναοί—*R. P.* Pr. ad Eur. xxviii = xxx.

xiv.

1—9. Conf. Alcæi fragm. II. apud *Blomfield.* in Mus. Crit. No. IV, pp. 423, 4.

13. *jactes* tu *generis nomen* inutile, habet Cod. Lips. 4. apud *Janum.*

16. Eur. Med. 405. οὐ γέλωτα δεῖ σ' ὄφλειν conf. 1045.

xv.

31. "Quod vir magnus, Julius Scaliger, se ex toto Galeno negavit capere posse. Epicrates, aut nescio quis poeta apud Pollucem Ὅταν γάρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχύς, Ἀργὸς λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾷν· Πενταστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ' ἌΝΩ. *R. B.* epist. ad Th. p. 82 = 282.

35. *Post* denas *hiemes* conjecit Markland. ad Stat. p. 247. 1.

36. "Nec tamen dubitari potest, quin brevis sit postrema vocis, *ignis*, syllaba. Libens igitur, æque ac *Cuningamius*, accipio, quod alios dare codices *Glareanus* olim monuit, *uret Achaicus Ignis* Pergameas *domos:* non *Dardanias*, aut *barbaricas;* quæ conjecturæ apud *Jonesium* reperiuntur. *Schrader.* Præf. ad Emendat. P. xxii.

xvi.

5. *adyti T. H.* probante *Valckenærio* ad Herodot. v, 5.

xvii.

23. Æschyl. Suppl. 630. Τὸν ἄχορον βοὰν Κτίσαι μάχλον Ἄρην, 672. Μηδέ τις ἀνδροκμὴς Λοιγὸς ἐπελθέτω Τάνδε πόλιν δαΐζων, Ἄχορον ἀκίθαριν, Δακρυογόνον Ἄρην, Βοάν τ' ἔνδημον ἐξοπλίζων. Eur. Herc. Fur. 889. Κατάρχεται χόρευμα τυμπάνων ἄτερ. Οὐ Βρομίῳ κεχαρισμένα θύρσῳ. Ἰὼ δόμοι πρὸς αἷματ', Οὐχὶ τᾶς Διονυσιάδος Βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λοιβᾶς. Ph. 796. Ὦ πολύμοχθος Ἄρης, τί ποθ' αἵματι Καὶ θανάτῳ κατέχει, Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς; Aristot. Rhet. III, ix, p. 138, 25. Ἡ ἀσπὶς, φαμὲν, ἐστὶ φιάλη Ἄρεος, καὶ τόξον, φόρμιγξ ἄχορδος. VALCK. ad Ph. l. c.; conf. *T. H.* ad Lucian. I. p. 698.

xviii.

1. Alcæus apud Athen. x, 430. C. 6. Μηδέν γ' ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. Vide *R. B.* viro summo *T. H.* p. 104=307. "Quidam ex hoc Alcæi versu, quem Horatius interpretatus est, annotavit, πρότερον dativum loco genitivi habere per ἀντίπτωσιν: non animadvertens ἀμπέλω, Dorice dictum, esse pro ἀμπέλου." *H. Stephanus.* Conf. Valck. ad Herodot. VIII, 109. "Sic male Ἀΐδᾳ legitur in Epigrammate apud Suidam pro Ἀΐδα ut habet ed. Med. Vide *Toup.* Cur. Noviss. p. 24." *R. P.* Advss. p. 119. Plutarch. Vit. Niciæ, p. 382. ed. Froben. lege, ἘΚ Κέω λελοιδόρηται Etym. M. v. Λόγχας μ. Ἐκ τῆς Τέω—.

xxi.

1. "Carmen hoc perperam *Sæculare* vocant viri doctissimi, et ad Horatii annum XLIX. referunt, ringente Suetonio, qui tres

Carminum libros *longo intervallo* eum annum præcessisse testatur. Atqui nihil quicquam hic de *Sæcularibus* ludis proditur; sed aut ad Dianæ aut Appollinis festum spectat, quorum illud mense Augusto, hoc Julio singulis annis celebrabatur. Eodem pertinet Catulli carmen XXXV, *Dianæ sumus in fide;* quod *Sæculare* etiam a viris doctis pessime inscribitur; cum nihil ibi de *Sæculo* habeatur, isque diu diem obierit ante Ludos Augusti Sæculares." RICARDUS BENTLEIUS.

14. "*Misera* quidem *fames est*, sed *Populo* non Principi: delenda ergo conjunctio *et* ante *Principe*, legendumque (*a Populo, Principe* Cæsare.") *J. Valart.* PR. viii. E conjectura SCALIGERI.

xxii.

6. Æschyl. P. V. 20. *Προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ.*

16. Pind. Pyth. I, 36. *κίων δ' Οὐρανία συνέχει, Νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες Χιόνος ὀξείας τιθήνα.*

xxiii.

1—3. Vide Anacreon. apud *R. B.*

5. "SUUS horror, non ab aura excitatus." *R. B.* ad Lucan. III, 411. Conf. quoque *R. B. Grævio*, pp. 129, 130.

xxiv.

2. Æn. IV, 490. Testor cara deos, et te, germana, tuumque Dulce caput.

6. Incertus apud Stob. IX. *Λιπαροθρόνους τ' ἀδελφὰς Δίκαν καὶ στεφανηφόρον Εἰράναν Darnaud* de Diis Par. pp. 50, 103.

Sil. Ital. II, 486. *Ante Jovem generata, decus Divumque hominumque, Qua sine non tellus pacem, non æquora norunt,* Justitiæ consors, *tacitumque in pectore numen.*

XXV.

20. *Boissonadus* ad Philostr. Her. p. 481.

XXVI.

10. *Crescunt* Cod. Grævianus.

XXVIII.

1. Aristoph. Acharn. 3. "Ἃ δ' ὠδυνήθην, ψαμμοκοσιογάργαρα. Macrob. Saturn. v, xx. ψαμμοκόσια autem pro *multis* Varro sæpe in Menippeis suis posuit: sed Aristophanes adjecit *Gargara* ad significationem numerositatis innumeræ." Dixerat Eupolis ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμοκοσίους. *Brunck.* Ὁρῶ δ' ἄνωθεν γάργαρ' ἀνθρώπων κύκλῳ. Ἔνδον γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἀνδρῶν γάργαρα.

3. "ἐλίγη κόνις· τόσον χθονός· non humo conditum *Archytæ* naufragi jacebat cadaver. Soph. Œd. Col. 788. χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτο γ', ἐνθανεῖν μόνον. Eur. Ph. 1463. Ὡς τοσόνδε γοῦν τύχω Χθονὸς πατρῴας, κεἰ δόμους ἀπώλεσα. Anthol. III. c. vi, 57 = An. Gr. I, 238. Φεῦ, οὗτος γαίης ὅσσον ἔχει μόριον c. XXV, 2 = An. Gr. II, 25. Ἴσθ' ὅτι κεύθει Καὶ Θέτιδος γαμέταν ὁ βραχύβωλος Ἴκος." VALCK. ad Ph. l. c. *Pulveris munera*—pulvis ipse interpretatur *Janus.* At reclamant verba, v. 36., quibus qui parebant, pulveris jactus inhumato afferebant verum munus, eo profuturum, ut sensim obrutus inhumaretur. Vide Prop. III, v, 37. *Markl.* Ovid. Met. XIII, 296. Lucret. 1, 32. per *munera*

belli, bellici labores intelliguntur: *munera næniæ* infra, II, i, 38., non tam nænia ipsa, quem leges et modi næniæ sunt. INCERTUS.

5. *profundum* maluit nescio quis. Plato Tim. p. 530. E. Læmar. *Γῆν δὲ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσετο, πρώτην καὶ πρεπεσβυτάτην σωμάτων ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. ἰλλομένην* Codices quidam. Vide disputationem de *ἴλλειν Simplicii* in *Aristot.* de Cœlo p. 125. b. et de *διττογαφίᾳ D. R.* et *T. H.* ad Tim. pp. 69—72. Aristoph. Nub. 759 (762.). Μὴ *νῦν περὶ σαυτὸν ἴλλε τὴν γνώμην* Cod. RAV., ubi legendum *εἶλε* ex Suida mihi innuit Vir præstantissimus, quem vide ad l. apud *P. P. D.*

36. Soph. Ant. 256. *Λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις.* Æn. VI, 364. *Eripe me his, invicte, malis; aut tu mihi terram Injice, namque potes.* Vide *R. B.* ad Lucan. VIII, 761.

XXX.

8. Med. 832, 839, 40. *τὰν Κύπριν κλῄζουσιν*—*Τᾷ σοφίᾳ παρέδρους Πέμπειν ἔρωτας, Παντοίας ἀρετᾶς ξυνέργους.* Apul. Met. VI, p. 175. *Tunc ovans ilico, comitante etiam* Mercurio, Venus *cælo demeat, et ei sollicite serit verba: frater Arcadi, scis nempe sororem tuam* Venerem *sine* Mercurii præsentia nil usquam fecisse.

XXXI.

3. opimas *Markland.* ad Stat. IV, vi, 65.

XXXII.

1. "*Poscimur, si quid*—Ita olim de industria correximus.

Quod postea et librorum veterum et doctorum virorum concensu receptum est." *Scal.* App. p. 364. *R. B.* accedo.

11. Plautus Pœnul. v, ii, 153. *Specie venusta,* ore æque ac *oculis pernigris.* Lege, crine atque *oculis p. R. B.*

xxxiv.

8. ΕΛΑΣΙΒΡΟΝΤΑ. ἐλαυνόμενα, ὡς αἱ βρονταί. ἐπεὶ δοκεῖ ὄχημα τοῦ Διὸς ἡ βροντὴ εἶναι. Hesychius.

xxxv.

5. "*Colonus ruris* est quasi dicere *nauta maris.* Ponenda est distinctio post *prece,* et post *ruris,* ante quam vocem repetenda est *dominam;* i. e. *pauper colonus sollicita prece ambit te dominam ruris; quicunque* &c. (i. e. nauta) *te dominam æquoris.*" *Markland.* in expl. Auct. p. 254.

13. "*Alluding, perhaps, to the figure of* Security *on ancient coins, who is usually represented leaning on a* pillar." Addison.

15. Æn. VII, 693. *desuetaque bello Agmina ad arma vocat subito, ferrumque retractat.*

22. i. e. nec se comitem abnegat amicis suis. *Gesner.*

25. Soph. Aj. 439. Οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς, Ἄτιμος Ἀργείοισιν ὧδ' ἀπόλλυμαι. Eur. Ph. 414. τὰ φίλων δ' οὐδὲν, ἤν τις δυστυχῇ.

xxxvi.

versus 15, et 16, visi sunt post [ante] duodecimum collocandi. *J. Valart.* Pr. v.

XXXVII.

1. Athen. x, 430. C. Alcæus: Νῦν χρὴ μεθύσκειν καὶ χθόνα πρὸς βίαν Παίειν *R. P.* Advss. p. 118.

4. "Forte punctum ponendum est post *tempus*, et *erat* cum nefas conjungendum. If the punctuation be admitted, *Saliaribus* will be disjoined from *dapibus*, and left without a substantive; we read *Saliaria sacra, saliares epulæ, saliares cœnæ,* but I do not remember the word used elliptically—we read also of *Cerealia, Floralia, Bacchanalia*, where *festa* is understood. But *Saliaria* belongs to a different class of words." S. Parr.

10. *Semivirorum* Cod. Vossianus; unde aliud quiddam olim extitit, cui talis explicatio congruat. Fortasse lectio vulgata e siglorum usu orta est: *R. B.* conjectura melioris desiderium parum levat. In notis *R. B.* citat in illo Divi Apostoli ex Epimenide petito κακ' ἐλέγχεα, quod Homericum est, pro κακὰ θηρία edd., et *R. B.* de Pseudo-Phalar. p. 331.

24. *ire paravit* L. Bosius; *reseravit* Jortinus.

XXXVIII.

6. *coro* Cod. Vossianus, judice *R. B.*, "annorum 800;" *oro*, optime habet Cod. Petri sine ulla litura. *R. B.* Cur. Nov.

ADDENDA.

ii.

3. De verbis ἀποσκῆψαι, ἐνσκῆψαι, κατασκῆψαι, ἐγκατασκη-ψαι—βέλος κεραυνοῦ vide *Valck.* ad Eur. Hipp. 438.

iii.

18. " Siccis oculis *nimium patienter tuli; cujus loco, si res nunc integra esset,* Rectis oculis *sine dubitatione subsituere velim.*" *R. B.* PRÆF. *ad ed. Cantab.*

vii.

8. Conf. Il. X, 437. Soph. El. 706.

CARMINUM

Lib. II.

i.

5. *tincta R. B.* Schradero minus probante. "Nam contra virum magnum faciunt non modo codices omnes, sed etiam mos librariorum trita raris vix mutantium, *Silius* denique, bonus in primis Latinitatis auctor, et hunc ipsum *Flacci* versum forsitan imitatus, ix, 12. *invadere bella Mancinus gaudens, hostilique* ungere *primus* Tela cruore, *cadit.*" *Observat.* p. 65. Ad. *R. B.* propendeo, quem vid. ad Lucan. iii, 266.

10. *Desit; theatris mox*—i. e. Nunc Musa deest tragœdiæ, munus vero grande repetetur theatris—*Best.* de rat. emend. leges, p. 124.

24. The unconquerable mind, and Freedom's holy flame. *Gray.*

31. 32. "Nobilissima illa phantasia multo plus voluptatis ei præbebit, qui didicerit *ruinam* esse proprie ædificii, muri, turris cum fragore concidentis, quam qui, *turbas*, aut, *confusionem*, ut tyrones fere faciunt, interpretetur." *Musgr.* dedicat. ad Exerc. Eur.

ii.

4. Sophoclis Fr. LXXII. Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν, ὥσπερ εὐπρεπὴς Χαλκὸς, χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσε στέγος. Incertus, 'Αρετὴ δ' ὅσῳπερ μᾶλλον ἂν χρῆσθαι θέλῃς, Τοσῷδε μᾶλλον

αὔξετ' ἠγλαϊσμένη. *Valck.* in Diatr. ad Eur. p. 163. *Treasure, like dung, is useless unless spread.* BACON.

7. *repone,* aget *R. B.* in PRÆF. ad ed. Cantab.

11. "Cum vulgata lectio tantum difficultatis habeat, et interpretes, maxime veteres, adeo fluctuent, ut nonnulli plures, easque contrarias et inter se pugnantes opiniones conjungant, probarem magis, Uterque pontus *Serviat uni.* Hanc correctionem firmat *Claudianus,* qui totum *Flacci* locum imitatione se, *pontus,* in suis libris invenisse ostendit, in Ruf. I, 196. *Quo, vesane, ruis? teneas* utrumque *licebit* Oceanum, *laxet Rutilos tibi Lydia fontes,* Jungantur solium Cyri, *Crœsique tiaras: Nunquam dives eris, nunquam satiabere quæstu. Semper inops, quicunque cupit.* Accedit eodem *Nasonis,* eundem toties imitati, perappositus ad probandum locus Met. XV, 829. *Quid tibi barbariae gentes ab* utroque *jacentes* Oceano numerem? *quodcunque habitabile tellus Sustinet,* hujus erit pontus *quoque* serviet illi. Præterea *Withofius* Præmet. Crit. p. 182. similiter curavit *Ovidium* Trist. III, xii, 51. pro, *Hei mihi! jamne domus Scythico Nasonis in orbe? Jamque* suum *mihi* dat pro lare Pœna locum (terra MSS.)? restituens, *Jamque* tuum *mihi* das *pro lare,* Ponte, solum?" *Schraderi* Emendat. pp. 78—85.

23. SPERNIT—id est, prætereundo nec oculos eo retorquendo contemnit, adspernatur. *Withofius* ad Disticha, p. 139. Heumannus in Parerg. Crit. p. 139. vulgatam defendit. ἀστρόφοισιν ὄμμασιν alio sensu utitur Æschylus Choeph. 97.

iii.

4. Vide *D. R.* ad Paterc. II, lxxxiv, 3.

12. Incertus auctor in Copa Catalect. p. 93. *Est* trepidans

rauco murmure rivus aquæ. Ita lego pro *strepitans*, quod vulgatur; VALCK. ad Ammon. p. 123.

iv.

12. *Pro* nescias an te—*mallem*, qui scias an te, *cum interrogatione ut* A. P. 462. Qui scis an *prudens—Markland.* ad Stat. v, i, 110.

20. *Cod. Lips.* 3. *habet*, patre pudendo. *Janus.*

21—24. *Brachia et vultum teretesque suras Integer laudo (fuge suspicari) Cujus octavum trepidavit ætas Claudere lustrum.* i. e. integer sed ego, cujus ætas trepidavit claudere lustrum octavum, laudo hæc in amica tua; fuge itaque suspicari de me non amplius fervido juvene. WITHOFIUS ad Disticha, p. 558.

v.

13. VIRG. Buc. v, 46. Talia *sæcla* suis dixerunt, *currite*, fusis.

14. *quos* i. e. quales *Dr. Lynford* apud *R. B.* in Cur. Noviss.; totidem quot *Jortinus.*

vii.

1. Scholiastes *ultimum tempus* bene explicat *tempus periculosum* *D. R.* ad Rut. Lup. p. 28.

5. Pompili *habet cod. Altorf.* Janus.

10. Horatius non semel æmulatus est Archilochum, quem respicit Aristoph. in Pac. 1296, 7. Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

viii.

Ad Juliam Barinen MSS. apud *Chabotium* et *Cruquium.* Nimirum MSS. I berinen exhibuerunt, quam librarii in I. Berinen converterunt.

2. "Scribendum, *Pœna*, Iberine, Juvenalis vi, 51. *necte coronam Postibus, et densos per limina tende corymbos. Unus Iberinæ* vir sufficit? ocyus illud Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno. conf. 145." Withofius in Spec. Gunther. pp. 50—52.

16. Optimæ cotes, colore sanguinem referentes, interioribus Calabriæ partibus maxime reperiuntur. A. Gell. . Plin. H. N. xxxvi. 38. De hoc subdubito.

24. *Aura* "attraction." Claudianus de magnete, 38, 39. *ferrumque maritat Aura tenax.* Aura *generatim dici poetis solet, quicquid sensu aliquo tenui, visu, odore, auditu, quasi levi afflatu percipitur. Wernsdorf.* ad Poet. minor. v. v, p. 412.

ix.

10. *Muiscum* restituendum somniat Reiskius ad Anthol. p. 24, 3.

17. Eur. Ph. 1087. *Λήξασ' ὀδυρμῶν, πενθίμων τε δακρύων.* Conf. *Valck.* Schol. ad Act. D. Apost. p. 416.

x.

5. Hippocrates, *πᾶν τὸ πολὺ πολέμιον φύσει* Eur. Hipp. 265. *οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ Τοῦ μηδὲν ἄγαν.* Alpheus in Scol. apud Brunck. An. Gr. ii, 129. iv. *Οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας, Οὐκ ὄλβον, πολύχρυσος οἷα Γύγης. Αὐτάρκους ἔραμαι βίου, Μακρῖνε· Τὸ ΜΗΘΕΝ γὰρ*

ΑΓΑΝ ἄγαν με τέρπει. Ter. Andr. I, i. 33, 34. id ego arbitror Adprime in vita esse utile, ut *ne quid nimis*. Cic. Auream mediocritatem *illam tenebit, quæ est inter* nimium et parum. Sic Aristoteles περὶ τῶν μέσων πολιτῶν Polit. iv. 11. καὶ σώζονται δ' ἐν ταῖς πόλεσιν οὗτοι· οὔτε γὰρ αὐτοὶ τῶν ἀλλοτρίων, ὥσπερ οἱ πένητες, ἐπιθυμοῦσιν· οὔτε τῆς τούτων ἕτεροι· καθάπερ τῆς τῶν πλουσίων οἱ πένητες οὐσίας ἐπιθυμοῦσιν· καὶ διὰ τὸ μήτ' ἐπιβουλεύεσθαι, μήδ' ἐπιβουλεύειν, ἀκινδύνως διάγουσι. καὶ διὰ τοῦτο καλῶς ηὔξατο φωκυλίδης· [Fr. IX.] Πολλὰ μέσοισιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.

10. Cic. de Offic. I, xxi, 9. Quæ faciliora sunt philosophis, quo minus multa patent in eorum vita, quæ fortuna *feriat*, et quo minus multis rebus egeant; et quia, si quid adversi eveniat, tam *graviter cadere* non possunt. When winds the mountain-oak assail, And lay his glories waste, Content may slumber in the vale, Unconscious of the blast. *Beattie.*

xi.

5. Man wants but little here below, Nor wants that little long. *Goldsmith.*

18. Hesiod. Opp. 66. γυιοβόρους μελεδῶνας.

xiii.

8. *Colcha* Codex Vossianus.

21. *De vocabulo* furvus, *ut sæpe immutatum sit in* fulvus et fuscus, *vide præter alios* Nic. Heins. *ad Ovid. Met.* iii. 272. *R. B.* ad Manil. ii. 912.

34. Admittit *Valart.* Pr. ad Hor. viii. vide *Boisonad.* ad Philostrat. Heroic. p. 302.

40. Odyss. Λ, 571, 572.

xiv.

6. Æschylus in Nioba; Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ, Οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων λάβοις, Οὐδ' ἐστὶ βωμὸς, οὐδὲ παιωνίζεται. Conf. *Valck.* Diatr. ad Eur. p. 187.

10. Il. Z, 342. Εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν, οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι.

20. Theognis. 702. πλείονα δ' εἰδείης Σισύφου Αἰολίδεω. MS. Mut. apud *Bekkerum*, et Stobæus; ut 711. ἀλλ' ἄρα κἀκεῖθεν πάλιν ἤλυθε Σίσυφος ἥρως, ordinante *Jortino*, pro Σίσυφος πάλιν ἤ. ἤ.

26. *mero Tinguet pavimentum* superbis *Pontificum potiore cœnis.* *R. B.* Cur Noviss. Conf. *R. B. Millio*, p. 46. *Bernardo*, p. 157. et *Toup.* ad Suid. II, 539.

xv.

5. *ulmum*, quod *Janus* elegans esse judicat: aures vel paulum tritæ notandis numeris vulgatam lectionem elegantiorem judicent. *H. W.*

xvi.

9. Non fit thesauris, non auro pectu' solutum, Non animis demunt curas ac relligiones Persarum montes, non atria diviti' Crœsi. *Varro.*

xvii.

Hanc Odam immani parachronismo ad Horatii annum LV. ultra libri quarti tempora ablegant viri doctissimi; idque levi et futili argumento, quod eo anno continua insomnia

vexari cœperit Mæcenas triennio ante diem fatalem. Quasi vero non plus semel in tam longa vita ægrotaverit, quem Plinius major VII, 51. *perpetua febre* ab adolescentia laborasse tradidit. RICARDUS BENTLEIUS.

28. *D. R.* ad Rut. Lup. p. 107. *Heusinger.* PR. ad Cic. de Offic. LVI. et pater p. 379. *i.*

xviii.

2. Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ Alcæus apud Athen. p. 627. Conf. ad IV, xi, 6.

8. *Cliens* communis est; apud Afranium autem in *Romana* clientam inveneris; *interim tua clienta*—uti et apud Horatium. *Charisius* col. 77.

40. Prudentius in præf. Peristeph. 10. *Withof.* ad amussim existimans *non moratus* restituit; ad Disticha, pp. 548, 9. conf. Encæn. pp. 69, 70, 71.

xix.

4. Αἰγίποδες, τραγόποδες, τραγόσκελεις: ut Latinum ACUO, sic Græcum 'ΑΚΟΥΩ peperit vetus Ἄκω. *Valck.* ad Herodot. IV, 129.

20. Eur. Bacch. 1155. Νάρθηκά τε Βιστονίδων Ἔλαβεν εὔθυρσον. TYRWHITTI App. ad Musgr. p. 155. Callixenus Rhodius in descriptione pompæ Ptolemæi Philadelphi apud Athen. V, 198. F. Μετὰ δὲ ταῦτα αἱ Μακέται, αἱ καλούμεναι Μιμαλλόνες, καὶ Βασσάραι, καὶ Λυδαὶ, κατακεχυμέναι τὰς τρίχας, καὶ ἐστεφανωμέναι, τίνες μὲν ὄφεσιν, αἱ δὲ μίλαξι καὶ ἀμπέλῳ καὶ κισσῷ· κατεῖχον δὲ ταῖς χερσὶν, αἱ μὲν ἐγχειρίδια, αἱ δὲ ὄφεις.

XX.

6, 7. " quem vocas *Dilecte*, Mæcenas. Nunquam, dicit poeta, nominis mei gloria erit interitura, quem, quamvis pauperum e sanguine natum, *dilectum* tamen vocas, Mæcenas." Hanc explicationem nimis contortam defendunt inter alios *Hughesius* nostras, et Act. Erudit. 1770. p. 424. " Mihi alias in mentem venire memini, verbum illud [*vocas*] absolute positum esse, ut ad vocationes cœnaticas referatur, utque hoc dicat Horatius : *Ego vero, qui fortasse homo novus, et sine gente plerisque nunc videor, et quem tu,* dilecte Mæcenas, *familiariter esum vocare, et assidue mensa tua, communicare consuevisti, non interibo, etiamsi periero.* Etenim domesticus Cilnio Equiti *convictor* [et *Sodalis*] Horatius noster." *Janus Dousa.* Conf. Ter. Phorm. v, ix, 64. Plaut. Stich. II, i, 28. *Voco* absolute positum Phorm. IV, iv, 20. Plaut. Captiv. I, i, 7, 8. Asinar. IV, i. 23. Sic *vocatio* apud Catull. XLVII, 6. et *vocator* Seneca de Ira III, xxxvii. S. PARR. (*Brit. Crit. April,* 1795. pp. 354—356.) Locus profecto difficillimus, in quo me non expedio. Si *Nodelli* conjectura, quam *Schradero* probavit, *non ego, quem* FOVES, codicis unius consensu confirmetur, textus, meo saltim judicio, melius procedet.

ADDENDA.

iii.

24. Conf. Menander apud Grot. Excerpt. p. 761. Walpole, p. 42. II.

xvi.

13. Tibullus I, i, 25. *Jam modo non possum contentus* vivere parvo.

xviii.

15. In ed. Ven. 1478. Hoc alterius odæ initium post nonam libri tertii collocatur.

xix.

9. Vide *Schrad.* Præf. ad Emendat. XL.

CARMINUM

Lib. III.

i.

17. Serm. ii, i, 41. *quem cur* destringere *coner*—

44. Achæmeniumque *in textu ed. Cantab. R. B.*

ii.

1. *amice*, Vide *R. B.* ad v, 17. et ad carm. sæc. 26. "Ad dialectum etiam malim referre Alcæi ἀσάμενοι, quam ἀσώμενοι corrigere cum doctiss. *D'Arnaud.* Anim. Cr. p. 162. et Bentleio ad h. l." *Koen.* ad Greg. p. 86. conf. p. 144. μεθύσθην repertum est in Parisino codice, et emendatius etiam Æolico accentu, quem in editione sua enotavit *Schweighæuser. Buttman.* Epim. de verb. Mus. antiq. v, 1. fasc. i. p. 145. Inscriptio Æolica apud Caylum in Recueil. d'Antiq. T. ii. Tab. lvi. l. 8. et 34. ΟΝΤΕΘΗΝ l. 11. ΓΕΝΗΘΗΝ l. 48. ΣΤΕΦΑΝΩΘΗΝ l. 49. ΕΙΣΕΝΕΧΘΗΝ l. 51. ΕΝΤΑΦΗΝ.

13. Tyrtæus, Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσοῦντα Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον. Eur. Troad. 386, 7. Τρῶες δὲ πρῶτον μὲν, τὸ κάλλιστον κλέος, Ὑπὲρ πάτρας ἔθνησκον.

14. *Mors* efficacem—Markland. in Explicat. V. A. A. Hæc

conjectura non satis faciebat summo viro, L. C. Valckenærio ad Euripid. Hippol. 1442. Si retineo, ita faciam, quia erat amici qui jam mortuus est. Idem, Cur. sec. p. 266. ed. Oxon. Ἐντεθύμημαι δ᾽ ἔγωγε, ὦ ἄνδρες, καὶ τοῦτο, ὅτι ὁπόσοι μὲν μαστεύουσι ζῆν ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οὗτοι κακῶς τε καὶ αἰσχρῶς ὡς ἐπιτοπολὺ ἀποθνήσκουσιν· ὁπόσοι δὲ τὸν μὲν θάνατον ἔγνωσαν πᾶσι κοινὸν εἶναι καὶ ἀναγκαῖον ἀνθρώποις, περὶ δὲ τοῦ καλῶς ἀποθνήσκειν ἀγωνίζονται, τούτοις ὁρῶ μᾶλλόν πως ΕΙΣ ΤΟ ΓΗΡΑΣ ΑΦΙΚΝΟΥΜΕΝΟΥΣ καὶ, ἕως ἂν ζῶσιν, εὐδαιμονέστερον διάγοντας. Xen. Anab. III, 193. Ibid 214. ὅστις τε ζῆν ἐπιθυμεῖ, πειράσθω νικᾷν· τῶν μὲν γὰρ νικώντων, τὸ κατακαίνειν· τῶν δὲ ἡττωμένων, τὸ ἀποθνήσκειν ἐστί.

18. Conf. *R. B.* ad vi, 27. "Non continuo judicanda sunt vocabula barbara, si quæ vel a lexicis veteris latinitatis absunt, vel apud recentiores tantum scriptores huc usque supererant. Nam certum est, plurimis amissis antiquis scriptis, multa quoque cum iis vocabula periisse, quæ prodire par est, si quando aliquod ex iis scriptis deperditis in lucem reducatur. Tum ipsi barbari auctores sæpe bonis vocabulis utuntur, quæ tamen sublestæ fidei eatenus habentur, quatenus ea apud hos tantum leguntur." *A. Mæus* præv. Dissert. PP. XXXI, 11. Conf. *R. B.* ad Carm. III, ii, 18. *Valck.* ad Eur. Ph. 204. *Brunck.* ad Soph. Œd. Tyr. 1021.

25. Simonides CLII. Σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Vide *Wyttenbach.* in Bibl. Crit. v, III. (P. ix.) p. 40. Nodell. *multa* conjecit; sed postea resipuisse videtur.

28. Æschyl. Septheb. 601. Η γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ Ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ, Ὄλωλεν ἀνδρῶν ξὺν θεοπτύστῳ γένει.

32. Eur. Troad. 887. δι' ἀψόφου βαίνων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις. Conf. Juv. Sat. XIII, 100.

iii.

